

De eruptione Vesuvii (podle Plinia Mladšího, upraveno)¹

Praecesserat per multos dies tremor terrae, minus formidolosus quia Campaniae solitus; illa vero nocte valde inualuit: homines non moveri omnia sed verti credebant. Mater mea et ego surreximus et resedimus in area domus, quae mare a tectis modico spatio dividebat.

Posco librum Titi Livi, et quasi per otium lego atque etiam, ut (*jak*) coeperam, excerpo: id constantiam vocare an imprudentiam debeam (agebam enim duodevicesimum annum)? Ecce venit amicus avunculi qui nuper ad eum ex Hispania venerat. Ut (*jakmile*) me et matrem sedentes, me vero etiam legentem vidit, nos reprehendit.

Iam hora diei prima (erat), et adhuc dubius et quasi languidus dies (erat). Tum demum oppido excedere statuimus. Egressi tecta (*když jsme vyšli ven*) consistimus. Multas ibi formidines patimur. Nam vehicula, quamquam in planissimo campo erant, in contrarias partes agebantur, ac ne lapidibus quidem fulta in eodem uestigio remanebant. Praeterea mare in se resorberi et tremore terrae quasi repelli videbamus. Certe processerat litus, multaque animalia maris siccis harenis detinebat. Ab altero latere nubes atra et horrenda appropinquabat. Longae flammae, quae fulguribus et similes et maiores erant, apparebant.

Tum vero idem ille ex Hispania amicus acrius et instantius „Si frater,“ inquit „tuus, tuus avunculus vivit, cupit esse vos salvos; si mortuus est, (vos esse) superstites cupivit. Cur dubitatis (*váháte*) evadere?“ Respondimus: „Saluti nostrae non consulemus, nisi illum salvum esse cognoverimus.“ Amicus ille ultra non moratus est et discessit.

Nec multo post illa nubes descendit in terras et operuit maria. Tum mater me orat et hortatur, ut fugiam, et dicit me iuvenem fugere posse, se et annis et corpore gravem mori posse. Ego manum eius amplexus eam mecum discedere cogo. Paret aegre incusatque se, quod me moretur (*že prý mě zdržuje*).

Iam cinis, adhuc tamen rarus. Respicio: densa caligo tergis imminebat, quae nos torrentis modo sequebatur. Brevi (*zakrátko*) nox non qualis inlunis aut nubila, sed qualis in locis clausis, postquam lumen extinctum est. Feminae ululabant, infantes quiritabant, viri clamabant. Nonnulli mortem optabant, multi ad deos manus tollebant, plures nusquam iam deos ullos aeternamque illam noctem esse putabant

Paulum reluxit, quod (*což*) non dies nobis, sed indicium adventantis ignis videbatur. Et ignis quidem longius substitit; tenebrae rursus, cinis rursus, multus et gravis.

Tandem illa caligo tenuata quasi in fumum nebulamve discessit; mox dies verus; sol etiam effulsit, luridus tamen. Mutata omnia altoque cinere tamquam nive obducta erant. Regressi sumus Misenum. Metus praevalerat; nam et tremor terrae perseverabat. Nos autem statuimus non discedere, sed de avunculo meo nuntium exspectare.

¹ Plin. *epist.* 6

Porozumění textu

Nehodící se škrtněte (nebo smažte):

Bylo zemětřesení v Kampánii obvyklé?	ano – ne
V moři zahynulo mnoho zvířat.	ano – ne
Když znova vysvitlo slunce, ustalo i zemětřesení.	ano – ne
Po katastrofě padal sníh.	ano – ne
Lidé si mysleli, že bohové události nečinně přihlížejí.	ano – ne

Doplňte údaje:

Kolik let bylo Pliniovi?
Odkud přišel přítel Pliniova strýce?

Seřad'te události:

blížil se černý mrak
moře pohlcovalo samo sebe a ustupovalo
nastala tma jako v uzavřené místnosti bez světla
objevily se plameny
vozy ujížděly z místa, nebylo možné je zapřít kameny
začal padat popel
zemětřesení už několik dní před výbuchem
znovu vysvitlo slunce

Gramatické otázky

1. Od jakých sloves jsou odvozeny tvary *exstinctum est, surreximus, invaluit, operuit, efulsit*?
2. Najděte 3 plusquamperfekta:
3. Najděte futurum II:
4. Určete gramaticky tvary *statuimus, reprehendit, respondimus* (všechny možnosti)
5. Nahrade'te přezens historický *posco, consistimus, patimur* perfektem
6. Jaký slovní druh jsou výrazy *acrius* a *instantius*?
7. Od jakého slovesa je tvar *paret* ve větě *Paret aegre incusatque se, quod me moretur*?
8. Převeďte následující větu do minulého času:
Tum mater me orat et hortatur, ut fugiam, et dicit me iuvenem fugere posse, se et annis et corpore gravem mori posse.
Tum mater me _____ et _____, ut _____, et _____ me iuvenem fugere _____, se et annis et corpore gravem mori _____.
9. Dejte do závislosti na uvedeném výrazu následující větu:
Nec multo post illa nubes descendit in terras et operuit maria.
Plinius Tacito scripsit
10. Uveďte synonymum ke slovu *formido*.